carum et Apoſtolicarum conci=
onum cõgruit, quam retinuit &
Auguſtinus, etſi & ipſe & alij
quidã, quia in loquẽdo negligen
tiores fuerunt, interdũ ſuis enar
rationib. miſcent ἀκυρολογίας. No
uus interpres Staphylus nũc mi
nitatur noſtris Eccleſijs atroci-
ter, & iactitat ſe fore adſertorem
interpretationis ueterꝫ, qui cum
ſua myſteria proferet, iudicabit
Eccleſia, ut Paulus inquit. Et
ego me ipſum et hanc enarratio-
nem Epiſtolæ Pauli, & cætera
mea ſcripta ſubijcio iudicio pio=
rum & eruditorum uirorum in
Eccleſijs noſtris, quarum opto
æternum conſenſum eſſe, qua in
re miror impetus q̊rundam, qui
cũ foris undiqꝫ cincti ſimus ho=